



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Quęstio 2. An pascha post biduum?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Dio Mercurii quid actum sit non constat, an in templum redierit, an Bethaniam manserit. Ex Lucâ tamen satis constat, etiam illo die se populo impendisse. c. 12. v. 36. Erat autem de ebus docens in templo, notitiam præbens morabatur in monte, qui vocatur oliueti: & omnis populus manebat ad eum, in templo audire eum. Cum ergo generatim diebus dicatur in templo docuisse, nocturnus in monte fuisse, non est, cur die Mercurii populum manentem deservisse dicamus. Quod vero alii Bethaniam, alii in monte pernoctasse volunt, non videtur in rem magnum esse discrimen Bethania ad montem erat, in eâ cenabat; deinde in monte pernoctabat. Ita conciliari possunt, quæ Theophylactus, Titus, Rupertus, Iansenius, Cathusianus, Baradius scripserunt. In Bethania fuisse ratio docet, neque enim tot dierum ieiunio Apostolos vexavit, cœna autem non nisi in Bethania esse potuit, nisi dicere malimus emisse Apostolos cibum, aut Lazari fotores eo tulisse, quod multa habet inconuenientia. In monte fuisse noctibus Lucas disertè scribit. Nec sententia est, in eibus Lazari & fotorum, quæ in montis radice erant, habitasse; Nam eo in loco pernoctare soluerat, ubi eum postea Iudas quaesivit & inuenit. Frequenter enim eo conuenire cum discipulis consueuerat. Alioqui in Lazari adibus illum proditor quaesierat.

## QVÆSTIO II.

An Pascha post biduum?

**G**racè est p. d. s. h. u. e. q. u. e. p. o. s. t. d. u. o. i. d. i. e. s. e. o. d. e. m. que modo in Syro. Beza tamen vertit intra duos dies, quo loquendi modo a Cuius tempus significat, aliud est enim post, aliud intra duos dies fieri. Nec mediocriter tamen oritur difficultas, ex c. 12. v. 1. Ioan. & hoc loco collatis, apud Ioannem ita legitur, Iesus autem ante sex dies Pasche venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cœnam ibi Martha ministrabat, Lazarus vero vniueras ex discipulis cum eo.

Hic vero, Cum autem esset Iesus in Domo Simonis Leprosi. v. 6. & v. 2. Scitis quia post biduum Pascha fiet. Si est vnum idemque conuiuium, non conueniunt tempora. Illud sex, hoc duos dies antecedit Pascha. Si duo sunt conuiuia, vnum sexto, secundum altero die ante Pascha, cur tam breui tempore bis vngitur Dominus: aut quomodo iam Iudas iterum murmurat, alijque discipuli, iam ante tres dies instructi, & reprehensi? De Iudâ quidem minus admiratione digna reuertit: auaritia enim cæcus rationes non intellexerat, petire enim sibi existimat, cuius prædandi potestas ablata est. De alijs Apostolis vix cogitare licet eos postremam Magdalene defensionem à Christo institutam ita contempsisse, ut etiam in eam fremerent, ut Robertus Marcus. Adde etiam illud: Conuiuium de quo Ioannes loquitur, videri fuisse in domo Lazari. Ipse enim & sorores fecerunt illi conuiuium, ut est in Ioanne.

**2.** Cæsar Baronius Cardinalis T. I. anno 32. diuersas cœnas esse ait. Nam illam, quæ describitur Ioan. 12. eandem non posse esse cum eâ quam Marcus 16. ait biduo ante Pascha celebratam. At nec Marcus nec Matthæus aiunt cœnam illam in domo Simonis biduo ante Pascha factam, sed recensitâ Christi de vicina morte Prophetiâ: deinde narrat occasionem, quâ Iudas ad prodicionem impulsus effecerit, ut Sacerdotes eius mortem accelerandam indicarent. Dixerant enim: non in die festo, at nunc in ipso instant, ut crucifigatur. Itaq; a v. 6. vsq; ad 14. in Matthæo omnia dicuntur per recapitulationem Euangelistis visitam

ita S. Augustinus & Beda. Maldonatus, Franciscus Lucas, alijque.

Neque altetum argumentum Baronij firmum est. Sed plane contrarium, d. e. g. fuisse conuiuium, vnam eandemq; mulierem, & in prioribus pedes, in posterioribus caput unxisse, facile demonstrabimus. Si enim vnum idemq; fuit conuiuium cum alio, illudq; ante sex dies Pasche peractum, cum conslet Matthæi testimonio abiisse Iudam ad principes Sacerdotum & de prodicione Christi conuenisse; necesse esset nos dicere, ante sex dies Pasche eiusmodi de prodendo Christo pactum esse conuenitum: quod nemo sane iure dicere poterit, cum Marcus expressè testetur, id factum biduo ante Pascha.

Respondeo. Iudam potuisse prodicionis consilium iam ab illâ cœnâ quæ fuit in domo Simonis Leprosi concipere; atque adeo etiam offerre se Sacerdotibus. Eadem enim causa erat, quæ postea. Eteum indignatum fuisse scribit Ioannes v. 4. Deinde nec Matthæus, nec Marcus aiunt Iudam statim post cœnam Simonianam, vel sub ipsâ cœnâ operam obtulisse Sacerdotibus; nec id factum ante illud biduum. ita miror illum dicere: cum Marcus expressè testetur id factum biduo ante Pascha. Non enim Marcus aliud habet, quam Iudam iussu ad summos Sacerdotes cap. 14. v. 10. & Iudas Iscariothes vnus de duodecim, &c. Dicuntur hæc post effusum vnguentum, & Mariæ defensionem, sed illa ipsa facta est ante.

Iudas post abiit, nam particula Tunc optime refertur ad versum 3. Tunc congregati sunt principes Sacerdotum, &c. Tancinquam etiam Iudas accessit, nec enim ignorauit eos congregatos, & occasionem facinoris idoneam videbat. Non igitur hoc argumento rem concludit: nec quisquam in recentes auctores iniquior esse debet, cum sententia Augustini sit, verbis pluribus exposita. l. 2. de consensu Euangelist. cap. 78. Et factum est cum consummasset Iesus sermones hos omnes dixit discipulis suis, quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis traderetur, ut crucifigatur. Hinc attestantur alij duo Marcus & Lucas ab eodem ordine non recedentes: Neq; hoc tanquam à Domino dictum insinuat: hoc enim intimare pretermiserunt. Ex sua tamen personâ & Marcus dicit. Erat autem Pascha, & azyma post biduum. Et Lucas; Appropinquabat autem dies Festus azymorum, qui dicitur Pascha. Sic ergo appropinquabat ut esset post biduum, sicut alij duo aperte consonant. Ioannes vero tribus quidem locis commemorauit eiusdem diei Festi propinquantem cum alia quadam duobus superioribus locis narraret. Tercio autem loco apparuit eius narratio circa ipsa versari tempora, ubi hoc etiam illi res intimant, id est, imminente iam Domini a passionis die. Sed hoc videri potest parum diligenter intuentibus esse contrarium, quod Matthæus & Marcus posteaquam dixerunt Pascha post biduum futurum, deinde commemorauerunt quod erat Iesus in Bethania; ubi de vnguento illo precioso dicitur. Ioannes autem ante sex dies Pasche dicit Iesum venisse in Bethaniam, de vnguento eadem narraturus. Quomodo ergo secundum illos duos post biduum futurum erat Pascha: cum posteaquam id dixerunt, inuoluntur cum Ioanne in Bethania illud de vnguento, quod ipse, narrantes; cum autem ipse dicat, post sex futurum Pascha? Sed qui ita mouentur non intelligunt Matthæum & Marcum: illud quod in Bethania de vnguento factum erat, recapitulando posuisse, non post illam de biduo predicationem suam, sed iam ante factum, cum adhuc sex dies essent ad Pascha. Non enim ququam eorum cum dixisset, post biduum futurum Pascha, sic adiunxit de illo facto in Bethania, ut diceret. Post hæc cum esset in Bethania; Sed Matthæus quidem, Cum autem effectus inquit Iesus in Bethania. Marcus autem, Cum esset Bethania. Quod vique intelligitur, & antequam illa dicerentur, quæ ante biduum Pasche dicta sunt. Sicut ergo ex Ioannis narratione colligitur, ante sex dies Pasche venit in Bethaniam: ibi factum est illud

Iudas ante Pascha aliquot diebus prodicionem vendidit.

MISS GOTT  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200

Matthaeus  
& Lucas  
per recapitulationem  
de cena agunt.

coniuium, ubi de vnguento p'ciso fit commemoratio: Inde venit in Hierosolymam. Sedens super aedilium. Deinde postea geruntur ea, quae narrant post hunc aduentum eius in Hierosolyma gesta. Ex illo ergo die, quo venit in Bethaniam, atque illud de vnguento factum est, usque ad diem quo ista omnia gesta atque dicta sunt, intelligimus etiam Evangelistis non commemorantibus, consumptum fuisse quadriduum, ut occurreret dies, quem ante biduum Pasche duo definiunt. Lucas autem cum ait: Appropinquarebat autem dies Festus azymorum: non expresse biduum, sed hanc propinquantem, quam commemorauit in ipso interuallo bidui debemus intelligere. Ioannes vero cum dicit, proximum erat Pascha Iudeorum, non hoc biduum vult intelligi. Sed sex dies ante Pascha. Proinde cum quidam post hoc dictum commemorasset. Tunc iam volens ostendere, quam proximum fuisse Pascha dixisset. Iesus ergo ante sex dies, nquit Pascha, venit in Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem et cenam ibi. Hoc illud est quod commemorat recapitulationes Matthaeus & Marcus, cum iam dixissent, post biduum futurum Pascha. Reapertum ergo ad illum diem redeunt in Bethaniam, qui erat ante sex dies Pasche, & narrant quod & Ioannes de cena & vnguento: unde ventus esset Hierosolymam, & peracta illi quae narrata sunt peruenturus ad diem, qui erat ante biduum Pascha: unde isti digesti sunt, ut recapitulando commemorarent, quod ante in Bethania de vnguento gestum est.

§ 3. Non tamen incommode rationem eorum soluit doctissimus annalium conditor, qui negabant, eodem tempore Iudam posse esse Bethaniam, & Ierusalem; loci enim illa est propinquit, ut facile ire & redire poterit: cum enim spacium esset 15, stadiorum, quod hora vna confici potuit, non video, cur non excurrere furore suo actus poterit: negat enim Iudam venisse ad concilium, sed tantum principes conuenisse. Et recte sane, nisi hic aliud consideretur: reuera interuallum vrbis, & vici non impedit propositum Iudae, in scelere regnari, & ardentis. Verum tamen ratio Auctorum contraria sententium non ita inualida est, ut prima fronte appareret. Consideranda enim aliquot circumstantiae occurrunt.

Prima est, cenam fuisse, hoc est, vespertino tempore inchoatam. Deinde eo anni tempore, cum nox est aequata diei: ut iam mensae initium fuerit ad lumina.

Tertio, Iudam finem cenae expectasse, non enim audito Domino, mox abrupta cenae erupit, sed dissimulata in finem expectauit.

Quarto, Cenam fuisse sollemnem, in qua hospites tractati, Martha ministrabat, ideo non ita breuem ut solet esse cena ordinaria, sed protractiorem, non luxuria, sed caritate, sacrique colloquii. Ex quo consequitur, Iudam iam multa nocte Ierusalem venisse, noctu cum principibus sacerdotum, & magistratibus tractasse, quod non est verisimile, cum praesertim plures appellaret, & illi pecuniam quasi communi consilio, & de publico promittant.

§ 4. Alia duo argumenta adducit conditor Annalium. Ex his itaque iam satis liquido de Lazarum videtur, duo diuersa, diuersisque diebus exhibita fuisse Iesu coniuiua: quorum primum factum dicitur in domo Lazari a mortuis excitati, in quo Lazarus ipse vnus ex discumbentibus fuit, Martha ministravit, Maria eius soror pedes vixit, & Iudas ei detraxit: Alterum vero apud Simonem cognomento leprosum, quo accedens mulier habens alabastrum (vas scilicet ex alabaistro factum) effudit super caput recubentis;

quando non vnus Iudas? Sed & ceteri discipuli indigni sunt, ut tunc Dominum se viderent pro illa habuissent dignitatem a prima diuersam, & addidit dicens: Amen dico vobis, vbicumque praedicatum fuerit Euangelium istud in vniuerso mundo, & quod fecit haec, narrabitur in memoriam eius.

At non dicit Ioannes in domo Lazari coniuium institutum. Sed: Iesus ergo ante sex dies Pasche venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem et cenam ibi, & Martha ministrabat, Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus cum eo.

Bethaniam venit, ibique institutum est coniuium non domi Lazari, sed Simonis, fecerunt et cenam ibi, non modo Lazarus cum fororibus, sed & ceteri discipuli, qui Bethaniam habitabant, & Lazaro accensus fororibus familiares erant, credidisse. Non dicit quo loco fuerit habitum coniuium, nec a quibus institutum; quia communi consilio, & opera factum. Tam autem in aliena, quam sua domo accumbere Lazarus potuit, & ministrare Martha.

At vero apud Ioannem pedes vngit, & capillis extersit: apud Matthaeum & Marcum effudit vnguentum super caput recubentis: In priore coniuium solus Iudas, in altero alij etiam discipuli murmurarunt.

Respondent nonnulli vnguentum capiti infusum ad pedes vsque defluxisse; sicut vnguentum in capite Aaron, quod descendit, vsque in oram vestimenti eius. Verum aduertant illi, non potuisse fieri; ut cum Christus recumberet, tanta copia descenderet in pedes; iacebat enim in lectulo conatorio, more tum vlitato. Deinde ipsa pedes vixit, & capillis absterxit, quo indicatur, non solum deflexu pedes tinctos, sed ex proposito vinctos, & capillis absterfos. Itaque dicendum est: eodem vnguento & caput, & pedes vinctos; totum pene effusum in caput, reliquias in pedes; hoc Ioannes recenset, ut mulieris charitatem, & Christi dignitatem indicet; Illud Matthaeus & Marcus, quod totum pene infusum capiti fuit, illis vero duntaxat propositum fuit, ostendere causam cur Iudas in eum furorem venerit, ut prodere Christum cogitaret.

Quod Ioannes Iudae soli murmuracionem attribuit; causa est, quod ipse malo prauoque animo, furtis intentus, pauperum simulata cura mulierem reprehendit, alij vero bono quidem zelo, & amore egenorum improbant, sed non secundum scientiam. Murmurasse autem & reliquos, apud Ioannem indicio est Christi defensio, qua appellat, non vnum Iudam, sed plures. Sinite illam, & semper pauperes habetis vobiscum, me autem non semper habetis vobiscum. Quod nescio cur soli Iudae diceretur, qui Christum non amabat, sed quastum, quem extolulis capiebat.

### QUESTIO III.

#### Quomodo filius hominis traditur?

§ 1. Traditus est a Deo ad redemptionem hominum, permixtus impiorum potestati, traditus a Iuda pecuniae amore, a Iudeis odio & inuidia;